



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXXIV. Heinrich, Herzog in Schlesien, Herr von Jauer und Fürstenberg,
beurkundet, daß der Streit zwischen ihm und dem Kriege Johann von
Böhmen also beigelegt sey, daß er diesem das Land Bautzen in ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

et dedimus ac donauimus, quinimo praesentibus resignamus, damus et donamus omnia et singula iura, quae siue ex origine nostrae natiuitatis et sanguinis quorumcunque progenitorum nostrorum vel ex successione legitima, siue feudali titulo a sacro Imperio uel Romanorum rege uel a quocunque alio dependeant domino, nobis, haeredibus aut successoribus nostris in Marchiis, prouinciis, terris et possessionibus Lusicensi, Lubucensi, Budiffinensi, etiam in ciuitate Franckenvord, sita prope ripam fluminis dicti Odera, quae uel ad eas uel alteram earum vnquam competierunt, competunt, uel in futurum competere poterunt, quocunque titulo siue modo cum omnibus et singulis ciuitatibus, oppidis, castris, castellis, munitionibus, foris, uillis, allodiis, comitibus, liberis Baronibus, ministerialibus, uasallis, inquilinis et accolis ad praedictas marchias, prouincias, terras et possessiones et ad ciuitatem Franckenvort praedictam de iure uel consuetudine quocunque modo uel titulo spectantibus, serenissimo principi Joanni, Boemiae et Poloniae regi, Luxemburgensi comiti, Marchiaeque Budiffinensis domino, haeredibus et successoribus eius in perpetuum tenenda, possidenda pariter et habenda. Expresse nos praefatus dux Henricus nostro, nullum heredem superstitem habentes, heredum et successorum nostrorum futurorum nomine, renunciantes in scriptis omni beneficio in integrum restitutionis, interdicti, de dolo actionis, beneficio cuiuscunque iuris, quo quis resignationem, donationem, dationem per se factam retractare poterit aut posset. Testes autem, coram quibus tractatus huiusmodi sunt habiti uel ordinati, uenerabilis pater, Witko Misuenfis Episcopus, illustris princeps dominus Nicolaus dux Oppauensis, nec non nobiles uiri dominus Petrus de Rosenbergh, Wilhelmus de Bernstein, Hincko dictus Bercko de Duba, Timo de Coldicz, Fridricus, Hermannus, Fritsko, fratres de Schonenburg, Benefus de Michelsberg, Vlricus de Mendico, Friedricus de Scham, Otto dictus de Heiden de Dony, Albertus de Lisnick, Stephanus de Parchwitz, Sigfridus de Baruth, Lutherus de Schriebersdorff et Cristannus de Gerhartsdorff. In cuius rei etc. Datum in castro prope Olfnitz, decimo calendas Octobris anno MCCCXIX.

Nach Ludewig, Reliq. manuser. VI, 1. Lünig, Reichs-Archiv Pars spec. I, 280. Desselben, Cod. I, 933. Buchholz Gesch. der Ehurm. Brand. V, 23. Dumont, Corps diplomat. I, II, 47. Hoffmann, Script. rer. Lusat. IV, 186. Balbin, Miscell. VIII, 268. Lünigs Reichs-Archiv (B. VI.) Part. spec. cont. I, Fertf. I, 281 (mit dem falschen Datum 20. Kal. Octobr.)

DXXXIV. Heinrich, Herzog in Schlesien, Herr von Jauer und Fürstenberg, beurfundet, daß der Streit zwischen ihm und dem Könige Johann von Böhmen also beigelegt sey, daß er diesem das Land Baugen in dem Umfange, worin der verstorbene Markgraf Woldemar solches besessen, überlasse, (vermuthlich im September) 1319.

Nos Henricus, dei gratia dux Slesiae dominus de Jauer et Furstenberg, ad notitiam uniuersorum volumus pervenire; quod brigam siue discordiam, quae inter nos ex

una, et inter illustrem principem, dominum Joannem, Boemiae et Poloniae regem, comitem Lucemburgensem, Marchionemque Budiffinensem et Gorlicensem, parte ex altera, suborta fuerat, eo modo duximus complanandam et componendam, Quod provincia sive Marchia Budiffinensis, cum omnibus et singulis civitatibus, oppidis, munitioibus, hominibus, ministerialibus, baronibus, vassallis, inquilinis et incolis, et cum omnibus et singulis possessionibus, iurisdictionibus, dominiis ac honoribus, ceterisque omnibus et singulis iuribus et pertinentiis univ[er]sis, ad ipsam terram, provinciam sive Marchiam Budiffinensem de jure et consuetudine spectantibus, absque dimembratione qualibet, prout magnae et felicitis recordationis dominus Waldemar[us], nuper Marchio Brandenburgensis, possedit et tenuit, sibi, domino praedicto, heredibus et successoribus suis remaneat, Terra quoque Gorlicensis et civitas, cum omnibus et singulis iuribus et pertinentiis univ[er]sis una cum omnibus conditionibus superius expressatis, nobis, heredibus et successoribus nostris nihilominus debeat remanere. In cujus rei testimonium praesentes literas fieri et Sigillo nostro maiori iussimus communiri. Datum in castro prope Olšniz, anno domini M. CCC. XIX.

Nach Ludewig, Reliqu. Mspt. V, 536 mit der Jahreszahl MCCCXIX. — Der Aussteller befand sich, der Urkunde vom 22. September 1319 zufolge, um diese Zeit im Lager bei Delsnitz.

DXXXV. Herzog Heinrich von Schlesien berichtet dem Kaiser, daß er auf die Länder und Provinzen Laußiß, Lebus und Baugen, so wie auch auf die Stadt Frankfurt Verzicht geleistet habe und bittet ihn, den König von Böhmen damit zu belehnen, (vermuthlich im September) 1319.

Serenissimo principi, domino suo generoso, domino Romanorum Imperatori vel Romano regi qui pro parte sua semper fuit Augusto, Henricus, Dei gratia Slesiae dux, dominus in Furstenberg, debita fidelitatis servitia ad quaelibet genera mandatorum. Cum matura deliberatione praehabita et communicato consilio nostrorum fidelium, illustri principi domino Joanni, Boemiae et Poloniae regi, Lucemburgensi comiti, Marchionique Budiffinensi, heredibus et successoribus eius, resignavimus, dedimus et donavimus omnia et singula iura, quae sive ex nostrae nativitatis proximitate et sanguinis quorumcunque progenitorum nostrorum vel ex successione legitima quacunq[ue] sive feudali titulo a vobis vel a quocunque alio domino dependentia, in Marchiis, provinciis, et terris Lvficensi, Lvbucenti, Bvdiffinensi et ciuitate Franckenvort prope ripam fluminis, dicti Odera, sita, cum omnibus et singulis iuribus ac pertinentiis univ[er]sis, vel ad eas vel ad alteram earum spectantibus, nobis et praedecefforibus nostris unquam competierunt, competunt nunc, seu competere poterunt in futurum: vestrae Majestati omnes marchias, prouincias, terras et possessiones praedictas et iura earundem cum omni debita reuerentia praesentibus resignamus, nec non, ut easdem et quamlibet earum cum suis iuribus et pertinentiis univ[er]sis eidem illustri principi, domino Joanni, Boemiae et Poloniae regi, Lucemburgensi comiti, Marchiaeque Budiffinensis domino, conferatis, ipsamque heredes et successores eius